¶ Jacobi Fabri Stapuleñ. Commentarij: in Aſtronomicũ Johannis de ſacroboſco. Ad ſplendidum virum Carolum Borrain Theſaurarium regium.

Georgius Hermonymus Lacedemonius, ſplẽdide Carole, qui te ſummopere colit: et cuius familiaritas michi q̃ gratiſſima eſt: ſuperiorib9 diebus, cum apud eum eſſem (vt mos ſuus eſt) vehementer Academiam noſtram cõmendabat. Unum tamẽ deeſſe cauſabatur. quid inquam? Mathemata inquit: que (ſi Platoni ſeptimo de republica credimus) non modo reipublice litterarie, ſed et ciuili momentũ habent maximũ: et in his (vt ſentit Plato) precipue erudiendi ſunt qui natu ris ſunt optimis. Sed qui (inquit) noſtris philoſophãtibus: mitiore ſunt igenio? Adduxit et Georgium trapezuntiũ: qui vel maxime de re litteraria bene merit9 videtur: q̃ eius ingeniũ ad Mathematicas diſciplinas e tenebris eruendas cõuerterit. Inſtã mauit tum me, mi Carole, his et ſimilibus verbis q̃ pluribus meus Fauorinus (ſic enĩ noſtrũ Georgiũ nũcupo) vt animũ Mathematicis applicarẽ. Et poſt Arithmeticas apodixes (quas in Jordano paraui) commentariolũ in libellũ de Sphera his diebus cudi: q̃ is liber ĩ hac alma pariſioꝝ academia legi ſoleat: vt aliqua ꝯmẽtatiõis luce factus illuſtrior: noſtris ſtudentibus, vtilitatẽ / fructũq̧ afferat. Affuit leuamini domeſticus noſter Johannes Grietanus: abaci / numerandiq̧ peritie: et reliquę Matheſeos non inſcite ſtudioſus. ſcripſit opus: et quaſi feſſo humerũ ſubiecit Atlanti. Opus ergo emiſſioni paratum, ſplẽdide Carole, tuę dignitati dico: vt in te eandem, quã et tuus Georgius (qui michi tanq̃ pater eſt) veneratione obſeruẽ et beniuolentiã: qui et ĩ numeroꝝ, et Aſtronomię ſubtilitatibus: inter actiuas / ciuileſq̧ adminiſtrationes, non mediocriter viuis eruditus. Vale.

ἀποδειξις, i. demõſtratio q̄ neceſſario ꝯcludit,